

Christian Woldenberg David Müller

Disputatio Iuridica De Conditionibus Civilibus Et Canonicis

Rostochii: Kilius, 1661

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735210349>

Druck Freier  Zugang



Bürgerliche und kaufmännische
Bedingungen

R 11 jur. 1667

Christian Wollenburg, Präs.

David Müller, Resp.

1a



Quod DEUS benè vortat!
DISPUTATIO JURIDICA
DE

CONDICIO-
NIBUS CIVILIBUS
ET CANONICIS,

Quam

D. O. M. A.

In illustri Rosarum Academia
SUB UMBONE

VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,
EXCELLENTISSIMI

DN. CHRISTIANI WOL-
DENBERGII, Phil. J. U. D. & De-
cretalium Professoris Publici Ordinarii Du-
calis, Patroni & Fautoris sui ætatem
devenerandi

Publicè ventilandam proponit

DAVID MULLERUS, Lipsiensis.

Auth. & Resp. *homo pomerii:*

Ad d. 29 M. Aprilis in Atrio Magno.



ROSTOCHII,

Characteribus JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno clc Isc. LXI.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
QUOD DEUS HANC VITAM

CONDICTIONES
LIBRIS CIVILIBUS
ET CANONICIS

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

D. O. M.
In illustri Rostochensi
SUA URBE.

SIRI WORREBANY, ABBATIS
ECCLESIAE ROSTOCHENSIS

DR. CHRISTIANUS WOLF
DENBERGER, Phil. J. U. D. & D.
Ordinarium Professor Publicus Ordinarii Da
eius, Praeceptor & Rectoris in Rostochensi
deveniens

DAVID M. ERH. LICENTIUS

Handwritten signature

Handwritten mark

Authores qui de hac materia scripserunt



D Rubricam & Titulum, tituliq; Materiam, ultra præmissos ad Tit. d. L. 1. videntur Socinus, Fernandus Vasquius *Illustrium Controv. lib. 3. c. 93.* Theseus Mantuæ Gomezius, *Variar. resolut. lib. 1 c. 12.* Covarruvias ad, c. cum tibi. 13 n. 7. X. d. Testam: Emanuel à Costa lib. 1 Interpretat. c. 21. Michael Grafs. in *recept. sentent. §. legatum. qv. 49. & §. institutio. qv. 25. ad fin.* Fernand. Vasquius in *tr. d. success. progressu. §. 3. n. 46.* Costa lib. 1. *Interpr. c. 8.* Tractat. Reg. edit. Francof. lib. 4. in vocab. *Conditio Francisc. Mantica d. Conjecturis ultimar. volunt. lib. 11. tit. 5. & seqq.* Simon de Prætis in *tr. d. Interpret. ult. volunt. lib. 3 solut. 2.* Jacob. Menoch. lib. 4. *Præsumpt. 175. usque ad 187.* Et hucusque Sebastian. Navius in *Systemate.* Addatur Cardinalis Tascus in voce *Conditio*, Joannes Bertachinus in *completissimo repertorio*, Arnoldus Reyherus in *Thesauro in voce Conditio*, Paulus Fuscus in *singularib. utriusque Juris Franciscus Balduin. in speciali tractatu Insuper quoq; legatur Lib. 6 T. 46. περὶ τῶν ἐπὶ ἀίρεσιν καὶ ἡμῶν λεγόμενων. i. e. de his que sub condicione, & die legata sunt.* Et Gothofredus ad *inscript. D. h. 1. ubi dicit de condicionib. insertis scil. tam legatis, quam fideicommissis & Libertatibus. Lib. Βασιλικῶν 44. tit. 29. & 30. lib. 6. C. tit. 44 d. fals. caus. adj. legat. & fideicommiss. Nec non Lib. Βασιλικῶν 44. Eccl. 28. περὶ τῶν ἐπὶ τῶν λεγόμενων i. e. de his. que sub modo legata vel fideicommissa relinquuntur. Cui jungatur lib. 6. C. tit. 40. 44. 45. 46. & 50. lib. 4. Decretalium Tit. 4. & 5. Osvald. Hilliger, in *Disp. solenni de Condit. Jene habitata 1618* Leander Galganetus *h. tr. Fabrotus in Basilicis.**

Anteloquium.

TAcite consilium elegans dari videtur in *l. legavi. 25 pr. D. de liberat. legat. l. 1. §. primum. l. D. d. suspecti tut. & l. nam ad ea 5. D. de LL. iis*, quibus animus est Disputationē aliquam publice conscribere, ut præ aliis seligant ea, quæ cottidiana sint, & in communi hominum vitâ frequentem habeant utilitatem; ea vero quæ nihil conducant, omnino contemnant, neque eorum ullam rationem habeant. *Nov. Leon. 46.* Hoc etiam atque etiam mecum dudum reputans, non abs re fore duxi, si ex proluxa, & amplâ Legatorum materiâ, quæ 7. integros Digestorum Libros complectitur, & se à 30. ad 37. exclusivè exonerat, aliquid pro modulo ingenii De **CONDICIONIBUS** privatâ industriâ ex medio juris profundo §. 2. *Prooem. Inst. & sacratissimo iustitiæ templo l. Deo auctore. 1. §. cumque 5. C. d. V. J. E.* colligerem, idque publicâ Disputatione in publicum depromerem. Nihil enim ferè hac tempestate purè & sine conditione concipitur, & promittitur, sed frequenter clausula adnectitur, quæ multifariam in foro torquetur & practicatur. Non autem omnia quæ ad locum communem de condicionibus referri possunt, colligere cæpi, is enim qui hoc intendit, non solum jus universum describat necesse est, sed & infinitum quippiam adgredietur; verummodo generalem discursum formare allaboravi. Ut autem difficile est, quæ malo inchoata principio sunt, bono peragi posse exitu. *c. principatus 25. caus. 1. qv. 1.* Ideo exemplum Religiosissimi Principis Justiniani imitans. *l. & ab ea. 2. C. d. off. præf. præf. Aphr.* Iucidaneò cordis poplite Deum Ter Optimum supplex veneror, qui potenti suò auxiliò res penitus desperatas donare, & virtutis suæ magnitudine consummare potest, *l. DEO auctore. 1. §. hocque opere. 2. C. d. V. J. E.* ut adsit mihi per legitimos hoscetramites currenti Ipse præfens, quo labor hic in sui nominis gloriam, proximique, & meum vergat emolumentum. Hoc faxit Deus per & propter Filium oratus & exoratus.

ARTI-

ARTICULUS I.
DE
ONOMATOLOGIA.
PUNCTUM I.

Quamquam majorem in jure nostro Rerum rationem habendam esse, quam Verborum, non minus ex Jure Civili, quam Canon. demonstrari possit: *l. scire ll. 17 D. de LL L. è re est. 1. D. d. reb. cred. l. si quis. 3. §. condicio 9. in fin. D. d. adimend. & transf. legat. Can. Humana. 11. caus. 22. qv. 5. cap. verba. 6. & cap. propterea 8. extr. d. V. s. Et insuper ipse quoque Imperator Justinianus id approbare videatur in *l. receptitia. 2. §. & neminem 1. C. d. constit. pecun.* Nihilominus tamen imitantes bonum ordinem Jcti in *l. juri operam. 1. pr. D. d. J. & J. & l. hujus. 1. §. pactum 1. D. de pact.* principium à Definitione Nominali petere possumus. Nisi enim homines conveniant in significatione Nominum, qui potest de Reb. inter eos esse Disputatio? *Matth. Steph. d. dist. lib. 1. c. 1.**

II. Etymologiam igitur quod attinet, Rubricam nostræ Disputationis derivò à Dictione, quæ vox ab obsoleto *Dex, icis, fluit,* & Germ. sonat *eine Sagung.* Hinc *Conditio* propr. *eine Zusammensagung / eine Bedingung* / vel ubi id quod inter partes simul dictum, simul & exceptum est. Vel à *con* & *dictione*, quasi simul dictio, eo quod simul dicantur, uti in pactis, contractibus in continenti adjectis fieri assoler, quo significatu *Pompon. in l. 66 ff. d. contrah. emt. usus est.* *Condicere* est aliquid affirmanter dicere, ut *condicere diem, cœnam &c.* Et is qui sub conditione promittit, affirmat se eo in casu, quando existit *condicio*, daturum, vel facturum. Non à *condire*, i. e. temperare vel moderari, ut *Donell. lib. 8. c. 29. ostendit.* Nec à verbo *condere*, quod est constituere, componere, creare, exædificare, quam notationem *Donell. d. l. Leand. Galgan. hic n. 16. & alii substituunt.* Nec placet, quod *Anton. Faber. in Error. Pragmat.* privationem puritatis nominare non erubuerit.

III. Visò *Conditionis* Etymò, sequitur ejusdem Homonymia declaranda, quæ sanè perquam late se diffundit. Applicatur enim 1. in gen. cujusque rei qualitatibus, ut omnium rerum forma & facies di-

catur condicio. Sic status Reip. qui Gallis nomine de l' Estat venit, condicio salutatur. Vid. sis l. si cui. 1. §. denique. 23. ff. d. aqv. plur. arc. ubi qualitates agrorum vocantur condiciones. Et Flaccus in suo libro de condition. agror. 2. Cujusvis personæ fors, dignitas & officium titulô conditionis insignitur, quæ Gallis sonat, La Charge Add. §. fin. 3. d. jur. person. l. & servor. 5. in pr. D. de stat. hom. Nec manumissus libertinæ conditionis ingenuus efficitur. l. homo liber. 21. D. d. stat. hom. l. fin. §. ult. D. de Edil. Edic. In multis juris articulis conditionem fœminarum deteriorem esse quàm masculorum. l. in multis. 9. D. de stat. hom. 3. Etiam conventiones paciscentium hoc nomine veniunt. l. fin. ff. d. sponsal. l. tutor. 36. D. d. R. N. Sic Cicero in Off. ait: pactione & condicione res nostras fieri. Et in Top. quærit: Anaturæne jus profectum sit, an alia quasi condicione hominum & pactione? In hac significatione vel ap. Prob. diversis in locis reperitur, ut & leges pacis, & versuræ condiciones dicantur. 4 Sumitur pro conjunctione sponsaliorum & matrimonio, secundum veterem formulam repudii: CONDICIONE TUA NON UTAR. Vid. Dn. Præsid. in Proverb. Jur. ubi allegavit l. divortium. 2. D. d. divort. Item l. exigere. 65. D. d. judic. l. capite. 19. D. de R. N. l. fin. D. d. proxenet. Terent. in Andr. Sen lib. 3. controv. Festus Pompejus lib. 5. Æmil. Prob. in Attic. Ita enim parentes dicuntur liberis condiciones quærere i. e. nuptias. Et illud Senecæ Augustinus laudat: quosdam cœlibes relinquimus, quasi condicio defecerit. 5. Cicero hocce vocabuli in Or. pro Cæl. ad libidinosas illicitasque conjunctiones usus est. Habes, inquit, hortos ad Tiberim: ac diligenter eo loco præparasti, quo omnis juventus natandi causâ venit. Hinc licet condiciones cottidie legas. 6. Quicquid concipitur sub condicione, condicio appellatur. Sic exceptio dicitur condicio, l. exceptio. 22. ff. d. except. Nec non condicionalis venditio, vel condicionalis fideicommissum, l. si sine ulla. 1. C. d. vend. rerum civ. l. condicinis. 1. C. d. pact. Condicionale Instrumentum vocabatur olim chartula illa, quæ condicio ita us probabatur. l. ne diutius. 21. C. d. agric. & censit. Condicionales v. ii, qui instrumenta illa conscribebant, aliàs dicti Tabularii l. scripturas. 11. C. qv. porior. in pign. hab. Quibus Notarii hodiè non absimiles. Hotom. lib. 5. obs 23. ubi in L. 22. §. fin. D. d. pignor. act. pro venditio legendum condicio scitè ostendit. 7. Proprie & specialiter significat discretam à modo & causâ, quæ significatio hic locum reperiet, arg. § sub condicione 4. Inst. d. V. O. De Demon-

Demonstratione autem vid. l. nominatim. 34. pr. & §. i. D. h. t. Demonstratio rem ipsam legatam notat, designat ac distinguit. Condicio suspendit transmissionem legati per particulas conjunctionum, cum nisi, postquam, quoad, donec, & quodcumque 45. §. pen. D. d. V. O. Rari sunt visi, qui caruere nisi. Modus ostendit quid legatarium ex legato facere velimus. Causa exprimit rationem, quæ nos movet, ut alteri legemus. Modus est clausula per particulam, ut, vel æquivalentem notari solita, cujus natura est non suspendere contractum, uti Condicio, sed statim quod promissum est, exigi & arripi potest, datâ cautione de modo servando. l. qui heredi. 44. §. fin. & l. quibus dieb. 40. §. 1. & ibi. Gloss. in rubr. & Wesenb. in π. num. 9. D. h. t. e. g. Lego decem millia florenorum, ut ædificetur domus hospitalis, vel erigatur seminarium l. demonstratio. 17. §. fin. D. h. t. Demonstratio est clausula & signum notificans rem, de qua agitur ex aliquo præteritò, vel præsentè. e. g. Lego tibi libros meos, qui sunt in cista rubra: dono villam quæ est ad radicem montis asperi. Causa est clausula adjecta significans causam finalem Contractus, & notatur per quia, quoniam, & similes particulas, vel causa, est quæ animum testatoris ad legandum commovet, five antecedit five sequatur: quæ si falsa fuerit, non magis quàm falsa demonstratio legatum inficit, & viciat. l. si ita 12. l. demonstratio. 17. §. 2. l. 72. cum tale. §. 6. D. h. t. §. longè magis. 32. Inst. d. legat. e. g. Quia negotia mea sedulo & gnauiter executus es, promitto tibi tertiam partem bonorum meorum. Dixi significare causam finalem, non excludendo impulsivam, de quâ Art. 4. b. 3 quæ eodem pertinet. Dicitur autem propriè finalis, quæ principaliter movet agentem, & cujus gratiâ agimus. Impulsiva quæ facit, ut citius aut lubentius, ita ut eâ absente nihilominus fieret, quod institutum est. Streinius in summâ Jur. Canon. p. 2. tit. 6. §. 14. n. 11. p. 388.

IV. Nunc videamus quoque, quomodo condicio se quoque Synonymiam habeat. Pauca verò ejusdem cognomina in jure reperiuntur. §. longè magis. 32. Inst. d. legat. dicitur causa. Aliàs modus, exceptio, prohibitio, clausula, appendix, forma. Tandem quoque Demonstratio l. si mihi sic legat. 75. §. si mihi. 1. D. d. leg. 1.

ARTI-

ARTICULUS II. DE PRAGMATOLOGIA.

PUNCTUM I.

Hactenus Analysin Nominis præmissimus, insequitur jam ex lege Philosophorū Realis Definitio, quæ secundū Calvin. in Lexico jur. fax & anima est totius tractationis: ex qua intelligitur quid sit id, de quo disputatur, *Cic. 1. Offic.*

II. Quamvis autem omnis definitio in jure sit periculosa. *L. omnis definitio. 202. D. d. R. J.* & bene ponderanda *l. hoc edito. 1. D. d. dol. mal.* tamen admonitionem Ciceronis *d. l.* hac in parte observamus, & Definitionem Perezii, quæ nobis præ aliis arridet, ventilandam in scenam producimus. Est autem talis: **Conditio est suspensio executionis voluntatis defuncti, in futurum eventum alicujus rei conlata, quæq; vel esse, vel non esse potest.** *Arnold. Vinn JCr. Barav.* tribus verbis eam adumbrat, scil. quod sit adjectio, qua id quod dari aut fieri volumus, confertur in aliquem casum; quæ coincidit ferè cum stipulationibus, §. *sub condic. 4. Inst. d. V. O.* Alii, inter quos etiam *D. Ludvvel in Comm. ad §. heres & pure. 9. Inst. d. hered. instit.* definiunt: Quod sit qualitas actūs negotiorum in futurum & incertum eventum seu casum differens.

III. Sed retinemus priorem Perezii, quæ & Bartoli est *l. 1. D. h. t. n. r.* cujus legitimatio ut innotescat, examinabimus illam Logicè. Et cum secundum Logicos ea definitio, quæ genere ac differentia caret, perfecta dici nequeat, ideo investigabimus, an hæc requisita hic inveniuntur? Et maxime. Definitio siquidem informanda verbis perspicuis propriis ac determinatis, i. e. ab omni ambiguitate liberis, quam doctrinam Aristot. sollicitè sanxit *6. Top. c. 2. & 2. Posterior Analyt. text. 83.* Primò enim locò Genus habet suspensionem, nec immerito; Duo enim conditionem faciunt, dilatio, & casus. Ac proinde quæ adjectiones obligationem non differunt, pro conditionibus non sunt habendæ. *Arnold. Vinn. ad §. sub condicione 4. Inst. d. V. Obl. Bachov. ibid.*

p. m. 749.

p. m. 749. l. un. §. 7. C. d. caduc. tollend. Differentia consistit in reliquis verbis, eaque desumpta est i. à causa efficiente, quæ est voluntas legatarii, ubi notanter voluntas dicitur, non verba, quia in condicionibus voluntas potius, quàm verba consideranda sint, quod probat Ulpianus l. in condicionib. 19. D. d. condic. & dem. & l. ex facto. 35. §. rerum. 3. D. d. hered. instit. 2. A forma, quæ significatur per verba, in futurum eventum collata. Et ita excluduntur & remouentur condiciones in præsens vel præteritum conceptæ, utpote quæ semper nocent, quia falsæ sunt, & conditionis veræ vim non habere dicuntur. l. condicio. 100. D. d. V. O. l. 37. & 38. D. d. reb. cred. l. condiciones 14. D. d. cond. instit. l. si ita. 120. d. V. O. Gwdd. de contrah. stipul. c. 8. n. 137 §. non solum. 7. Inst. d. V. O. 3. Ab objecto seu materia, quæ sunt res, quæ vel esse, vel non esse possunt. Namque nullum legatum fieri potest sine certa aliqua & determinata materia. Et videtur sanè Definitionem propriè loqui de incerta conditione, quam Ulpianus quoque intelligit, quando primam legem in Pandectis de condicionibus proponit.

ARTICULUS III.

DE DIVISIONIBUS.

PUNCTUM I.

Tantum De Definitione, post quam Divisiones primas & secundas investigare animi fert lubentia, quæ pro varietate circumstantiarum variantur, & non tã in jure fundatas, quàm eas, quæ apud JCtos passim extant, colligere decrevi. Dividitur autem primo ratione temporis, ut vel in præsens, vel in præteritum, vel in futurum concepta sit l. cum in secundo. 16. D. d. injust. rupt. irrit. quæ posterior hujus tantum loci est, priores vero duæ condiciones, quia obligationem non differunt, § pen. Inst. d. V. O. pro condicionibus non sunt habendæ. L. L. 37. & 38. si certum pet. l. condicio. 100. D. d. V. O. Unde cum agitur de Patrono, qui habet bonorum possessionem contra tabb. si tantum sub conditione in præsens, vel præteritum institutus est, non videtur sub

B

condi-

condicione institutus esse, juxta Ulpianum *l. 3. etiamsi jus. §. si patronus. 11. D. d. bon. libert.* Alia autem ratio est, si in secundo testamento scriptus sit heres sub condicione ad præsens, vel præteritū relata, & si vera sit, prius testamentum itatim ruptum est: Si vero minus, ratum manet. *l. 16. cum in secundo. ff. d. inj. rupt.* Hoc etiam in captatoriis Institutionibus observatur *l. ille autem 71. D. hered. instit.* Et hinc recte reprehensus Marcellus ab Ulpiano, quod hoc discrimen non observavit *l. circa eos. 2. D. d. hered. instit.*

II. At vero quicquid adjectum, rem in incertū eventum differt, stipulationem facit condicionalem *l. centesimo 46. §. 2. l. quicquid. 99. §. 1. l. à Titio. 108. l. ita stipulatus. us. §. 1. & 2. D. d. V. O.* Hinc nata secundo vulgò recepta Subdistinctio ratione formæ accidentalis, quod vel sit casualis, quæ scilicet à solo casu & fortunâ dependet, vel quæ omnino non est in potestate ejus cui ponitur, puta si navis ex Asia venerit. *l. un. §. si autem 7. C. d. cad. toll. l. servus alienus 3. §. 1. D. d. hered. instit. veluti, si Titius consul factus fuerit, vel non fuerit, Vel potestativa, quæ ex arbitrio & voluntate honorati dependet, ut, si Capitolium ascenderit. *l. is. qui. 13. D. d. acquir. vel omitt. hered. l. prætor. 1. §. qui. sub condic. 8. D. si quis omitt. caus. testam.* Vel mixta quæ de naturâ utriusque participat, & ab hominis alicujus factò & fortuna dependet, ut lego: si Doctor eris; vel si Maxiam uxorem duxeris. *l. suus quoq. 4. §. puto. i. D. d. hered. instit. l. si pater. 4. C. d. instit. & substit.* Hæc certe stipulationem faciunt condicionalem, uti apparet partim ex modo allegatis textibus partim ex *l. un. §. si. autem C. d. caduc. toll. l. in factò. 60. D. h. t.* Et quidem filiusfam. non nisi sub arbitraria potest institui. *l. suus quoque 4. D. d. hered. instit. l. verba hæc. 12. & l. si filius. ult. D. d. condic. institut.* Conditionem autem arbitrariam non appellamus, quæ in meram potestatem & arbitrium alicujus confertur, ut nullo præterea factò sit opus; sed eam, quæ facile impleri potest, quodcumque eam explere voluerit is, cui ascripta est, ut non ita nudæ voluntatis sit, quin factum etiam aliquod requirat. Eamque condicionem hæc verba efficiunt: Tu mihi heres esto, si Titius Capitolium ascenderit. Notetur autem mixtas pro fortuitis magis haberi, uti hæc condicio, si nupseris, *l. hæc condicio. 10. D. h. t. l. si quis heredem. 7. C. d. instit. & substit.* Non enim unius arbitrio, sed duorum consensu nuptiæ contrahuntur. Quære dicit condicionem *Cic. & Liv.* cum mulier cupit nubere, sed non statim invenit, cum vult. Ejusdem*

Ejusdem conditionis est & hoc: Si Alexandriam pervenerit, quæ potest in arbitrio esse, & non. Potest, si ei qui à primo miliario Alexandria agit, sit interposita; Potest minus forsân propter hyemis conditionem. *l. suus quoque 4. §. puto. D. d. hered. insti.* Porrò & hanc conditionem, si decem dederit, modo in potestate esse, modo non esse. Quid enim si ei describatur, qui 10. non habet, aut commode & facile dare non potest? Sub omnibus autem hisce recte instituitur extraneus, ita ut si condicio adjecta deficiat, heredis quoque institutio & consequenter testamentum nullum sit: si verò existat, sub ea scriptus heres fiat, & retrorrahatur condicio ad tempus mortis. *l. heres 54. D. d. acquir. vel omitt. heredit. Dn. D. Ludvvel. ad Inst. d. hered. Inst.*

III. Ex hac divisione iterum quasi divisio oritur, eaq; ratione obiecti, quod vel in faciendo, vel in omittendo consistat, est vel Possibilis, vel Impossibilis. Hæc Græcis ἀδύνατον dicitur, estq; vel per se, vel per circumstantiam aliquam talis. Illa, definitore Justiniano est, cui natura impedimento est, quo minus existat, ut: si digito cœlû terigeris: ejusmodi farinae etiâ est, quæ bonis moribus, legibus, vel constitutionibus Principum adversa & contraria *l. 9. & 14. D. d. condic. insti.* Nam si ea testamento adjecta sit, non scripta habetur *l. obtinuit. 3. D. h. t. §. impossibilis. 10. Inst. d. hered. inst. & ibi. Accurs. 4. constituit species. Fom. 1. Disp. 5. th. 11. lit. D.* Et evanescit, *l. si quis ita. 6. D. d. condic. institut.* Hæc ap. veteres non minus ultimis voluntatibus, quàm conventionibus inter vivos nocuit, quod aliquo modo apparet ex *d. l. 3. D. h. t.* Impossibilis verò hæc condicio non semper legatario potest imputari, cum fortasse eam possibilem putarit, & idcirco possibilis apparenter sæpiusculè quoque vitiat testamentum propter conjecturam voluntatis, *l. servo. 58. D. condic. indeb.* ubi testator servum esse putat, qui tamen libertatem aliunde contectus est. Hæc iterum vel affirmative concepta, vel negative, quæ nocere non potest *l. impossibilis condicio 7. D. d. V. O.* Impossibilis per circumstantiam aliquam est, quæ natura & per se possibilis, sed casu aut adjectione temporis fit impossibilis, ut: Gadibus Romam pervenire, monumentum facere, sunt *δύνατά*. At biduo Gadibus Romam pervenire, monumentum post mortem testatoris in triduo proximo facere *ἀδύνατα*. Impossibilis condicio nonnunquam etiam ἀνεως seu difficilis fit, *l. cum heres reip. 4. §. non est.*

*est. i. D. d. statu lib. ubi Paulus hanc condicionem libertatis relictæ, si mil-
lies servus heredi dederit, liber esto, non modo valde difficilem, sed
penè impossibilem esse dicit. Nam summa illa excedit vicies quin-
quies centena millia coronatorum, ut vix maximi Reges, & Prælati si ab
hoste capiantur, tantum Lytrum persolvere possint. Ergo multò minus
servus talem summam pro libertate daret. Non autem reverà est im-
possibilis, quamvis propter personæ qualitatem videatur impossibilis.
Clariss. Vinn. p. 341. et institutionem vitiet.*

IV. Ratione objecti ex impossibilibus provenit condicio
honestæ, vel turpis, quam distinctionem in contrahendo matri-
monio Gregor. IX. Pontif. adhibuit *cap. ult. extr. d. condic. appof.*
Conditiones contra substantiam conjugii insertas, veluti si sobolem
non generaveris, vel, si te aliis ad quætuosam libidinem prostituas, vi-
riare totam conventionem nuptiar. cum tamen alioquin condiciones
turpes vel impossibiles non noceant, sed pro non scriptis habeantur,
propter favorem matrimonii. Veluti si cælum digito tetigeris, si Lu-
nam cælo detraxeris, aut pisces aureos piscatus fueris, habentur pro
non adjectis *Vall. in parat. Decretal. h. l. n. 4.* nisi talis condicio repugnet
naturæ matrimonii, seu tribus ejus bonis essentialibus, quæ sunt fides,
proles, sacramentum *c. 10. causa 27. q. 20.* Turpis autem vocatur, quæ
contra bonos mores est, quæ adjicitur non modo testamentis, sed &
conventionibus inter vivos, & quibusvis stipulationibus *l. non dubitamus
20 ff. h. t.* Nam si stipulanti promittam 10. si hominem occiderit: ina-
nis est promissio, quia turpitudinem continet ex parte accipientis. Nam
etsi hanc condicionem implevit, peti tamen non potest; quamvis ultrò
solutum non possit condici. Sic enim dicimus, in pari causâ turpitudi-
nis meliorem esse causam possidentis. Marcellus *d. L. 20. D.
h. t.* ad turpem condicionem rectè & jurisjurandi accenset. Nam si le-
gatus sub condicione jurisjurandi aliquid relinquit, accipiens sub
tali condicione, aut omittendo condicionem perdit hereditatem, *l. lega-
tum; aut cogitur turpiter accipiendo condicionem, jurare. l. quæ sub
condic. 8. D. d. condic. instit.* quæ condicio sanè reprobatur, & heres ita
capit legatum, ac si nulla jurandi condicio inserta fuerit. Faciles enim
sunt nonnulli ad jurandum contemtu religionis, alij perquam timidi,
metu Divini Nominis, & Papinianus timorem pudoremque hominis
jurare nolentis nò modo excusare, sed & laudare videtur. *l. illud. 25. §. 1.
D. d. const.*

D. d. const. pecu. Ita Justinianus quoque: Multos, inquit, quadam subtili reverentiâ, verum jusjurandum præstare non audere. l. si postuletur. ult. C. d. fid. instrument.

V. Ratione hujus distinctionis ad Condiciones Canonicas progredior, beneficio tit. 5. lib. 4. Decretal. Ex quibus planum fit, quod sponsalia & purè, & sub conditione contrahantur. c. 1. & 3. extr. d. condit. appof. quod extat etiam in can. quicumq; 8. causa. 27. qv 2. e. g. Accipio te uxore, sunt verba præsentia, si anno sequenti Titius Consul factus fuerit. Quæ condicio circumscribitur, quia desponsatio hujusmodi, accipio te uxorem, cum pro matrimonio habeatur, non recipit condicionem. Itaque circumscripta conditione matrimonium manet, nec ulla ratione revocari, rescindi, revelli aut resolvi potest. Cujac. d. 1. ad c. 1. & 3. Hoc tamen ibidem desiderat, ne talis sit condicio, quæ negotium omne conferat in arbitrium parentum, quia hæc condicio non circumscribitur c. 5. d. 1. & c. 1. S. ult. d. 1. in sexto. Consensus autem præsens non recipit condicionem, eam scil. quâ id agitur, ut resolvatur matrimonii conventio, aliam enim condicionem recipit: ut pura eam, quæ legem certam conventioni injicit, ut ap. Festum Pompej Fabius inductus magnitudine divitiarum uxorem duxit Oracilii Maleventani plebei hominis filiam eâ conditione, quæ condicio frequenter hodie adjicitur, ut qui primus natus esset prænomine avi materni Numerius appellaretur. Quæ condicio legem, modumque dixit & imposuit contractui, ita ut compelli quidem potuerit Fabius eam implere, sed non etiam ob eam non impletam potuerit resolvi matrimonium. Unde Vincentius c. 1. h. t. rectissimè accepit de conditione resolutoria contractus matrimonii, sive de puro matrimonio resolvendo sub conditione, quod fieri nequit, Add. Vallens. in parat. tit. 1. lib. 4.

VI. Hic non omittendum quod in tit. extr. de sponsa duorum, duobus modis dicatur. Fides pactionis & consensus. Est autem fides pactionis, quando aliquis promittit alicui fidem, quod eam ducet, si permiserit eum rem secum habere, vel etiam pro consensu: Quæ condicio non videtur esse honesta, & honesta tamen est, quia hæc verba ita accipiendæ sunt, si permiserit eum rem secum habere, vel etiam pro consensu i. e. vel in hoc, ut, qui post sponsalia sequitur concubitus atque congressus,

etiam sit pro fide consensus, sive pro matrimonio præsumto, ut *c. 30. extr. de sponsal.* pro consensu nuptiali, pro consensu obsequente rationi, non libidini. Inscriptio *d. c. 1.* tribuitur Augustino, & extat in *c. ult. causa. 27. qv. 2.* quod tamen in Augustini Operibus, quæ extant non legitur. *Cujac. in tit. 4. lib. 4.* Ubi addit in Gallica translatione præcedit hic titulus: DE FIDE PACTIONIS ET CONSENSUS, sequitur deinde in eadem translatione *tit. 5. d. sponsa duorum, & sponsa duarum,* ut rectè legitur in primâ collectione Decretalium. Secundum Gallicam itaq; versionem *tit. 4. constat. us. c. tantum. tit. 5. quatuor.* Fides autem consensus est, quando non stringit manum, corde tamen & ore consentit ducere, & mutuo se concedunt unus alii, & mutuo se suscipiunt.

VII. Qui sciens in matrimonium duxit eam, quæ desponsa alii erat per verba præsentis temporis, quæ desponsatio pro matrimonio est, ita puniri dissoluta hac posteriori conjunctione, ut hujusce reatus expiandi causâ pœnitentiâ agat septennio, ita ut præter solenne jejuniû Quadragesimæ singulis annis per 40. dies toleret vitâ pane solo & aqua, vel, ut Tertull. loquitur in *lib. d. pœnit.* ut pastum vel potum pure noscat non ventris, sed animæ causâ. Quod genus pœnitentiæ Carenam vocant. *c. 2. extr. d. spons. duor. & c. 8. extr. d. accusat.* Quidam Carenam quasi Quarantenam, la Quarantaine dictam volunt. *Cujac. d. c. 2.* Quod si tamen quis contractis sponsalibus de futuro cum una, postea cum aliâ contrahat sponsalia de præsentis, quamvis hoc agendo peccet graviter, nihilominus adhærere debet posteriori, cum quâ contraxit de præsentis. *c. 1. extr. d. spons. duor.* Quæ casum in terminis eodem modo decidit. *Nic. Hemmingius in tr. d. conjug. divort. & repud. p. m. 120. 121. & p. 129.* inquit: si copula carnalis non accessit post sponsalia, velim iudicem non magnopere esse sollicitum, de causis offensæ intervenientibus. Sed ne quid deterius ex coactis nuptiis eveniret, permittere rescindi contractum ut imperfectum, ita tamen, ut iustas pœnas fidei non servatæ, ratione fortunarum & condicionis luant.

VIII. Hic titulus non est tantum de Condicionibus apposis in contrahendis sponsalibus, sed etiam de apposis in aliis contractibus, ut in manumissione servorum *c. 2* & in donatione *c. 4. b. 1.* Donatio contractus est, si fiat sub condicione resolutoria, quia donatarium obligat

ligat ad implendam condicionem *l. Aristo. 18. D. d. donat.* vel, si id actū sit, ad redhibendam rem donatam. *d. c. 4.* quod conjungendum est cum *c. 4. sup. de donat.* ut constat ex *c. 2. d. consuetudin. in prim. collect.* Manumissio quoque contractus est: si fiat sub condicione resolutoria, quia hæc condicio manumissioni negotium immiscet, quod contractus est, & obligationem parit. Manumissio directa i. e. quæ purè & simpliciter fit, obligationem non parit, nec contractus est. Adde casum *d. c. 2. h. t.* ubi simul cognoscens ex Cujacio ad *d. c.* quod differentia, in pœnis Clericorum & Monachorum constituta sit. Clericorum est *καταπίπτειν*, i. e. degradatio, seu ordine morio: Monachorum sicut & Laicorum est *ἀφορισμός*, i. e. segregatio à communione Ecclesiæ. Idem apparet ex *c. 5. extr. d. convers. conjugat. in primâ collectione.*

IX. Queritur: Num condiciones impossibiles matrimonio appositæ illud vitient, an vero ipsæ, ut in ultimis voluntatibus annullentur, & pro non adjectis habeantur? Hic valde digladiantur DD. Et sane attentâ juris subtilitate vix est, ut sustineamus matrimonium. Verùm quia tolerabilis censetur contra hominum statuta conjugatos retinere, quàm legitime conjunctos contra legem Dei separare. *c. licet. 47. in fin. extr. d. testib. c. 26. extr. d. sponsal.* Equius est ut condiciones impossibiles favore matrimonii rejiciamus, sive naturâ sive de facto tales sint. Vide *Cypræum de sponsal. c. 8. §. 6.* Adjectæ autem condiciones impossibiles aliis contractib⁹ illos vitiant, & nullos reddunt, sive bonæ fidei, sive stricti juris fiat *l. 31. D. d. O. & A. l. 7. D. d. V. O.* cum essentia eorum consistat in observatione modi & condicionis, adeo ne etiam naturalis obligatio inde oriatur.

X. Ex condicionibus turpibus in puncto 4. declaratis, iterum prorumpit alia distinctio ratione accipientis sive heredis in impletam, & expletam, quam hõc locò transeuntes in Artic. subsequenti, sub remissione & cautione condicionum tractabimus,

XI. Hanc insequitur alia, in Divisam & Indivisam. Justinianus alteram speciem commemorat *l. si plures. pen. C. d. condic. insert.* & nobilis admodum quaestio est, an condicio scindi possit, vel dividi? Condicio interdum pluribus heredibus ascribitur, quæ inter eos scindi & dividi debet, ut pro parte impleatur: Interdum pluribus rebus, quæ etiam scindi potest. Illius exempla sunt in *l. penult. D. h. t. l. cum servus*

servus. 1. §. communis. 4. D. d. stipul. servor. Hujus verò *l. Seja 12. D. d. usur. L. plurib. 140. D. de. V. Obl.* Sic cum aliquis aliquam rem uni alicui pluribusve dare debet, ut talem dandi condicionem expleat, & non prodest partem dedisse, quia condicio indivisa sit, neque impleta dicatur, nisi in solidum expleta sit. Est quidem obligatio dandæ quantitatis dividua, ut si pro parte solutum sit, pro parte contingat liberatio, sed si hoc agitur, ut condicio impleatur, nil prodest partem dare. Sub hac conditione debentur usuræ, si fors non solvatur. Ad earum vel cursum sistendum, vel modum imminuendum non proderit partem sortis solvisse. *l. tutor. 41. §. Lucius. 1. D. d. usur.* Itè Pignoris solutio, cum enim de eo luendo agitur, inutilis est solutio partis. *l. qui pro parte. 1. C. d. luit. pign.* Tandem condiciones, quæ neque in dando, neque in faciendo consistunt, neque alicui ascribuntur, facilius sciuntur, ut non inutiliter pro parte impleantur; neque committantur, nisi pro qua parte existunt, *l. qui concubinam. 29. §. ult. D. d. leg. 3.* Et obligatio est vel dandæ speciei, quæ non minus dividua quàm obligatio dandæ quantitatis *l. si stipulatus 9. D. d. solut.* quam tamen condicionis ratio reddit indivisam. Vel generis (scil. dandi hominis) quæ quidem naturâ dividua, sed etsi condicio nulla insit; tamen solutio erit indivisa. Hoc enim tacitè actum esse intelligitur, ne partes in diversis speciebus solvantur. *l. stipulationum 2. D. d. V. O.*

XII, Ratione formæ Condicio est vel tacita, vel expressa seu aperta. *l. legatis. 1. §. dies. 2. D. h. t.* Condicio extrinsecus non ex testamento veniens, tacitè inesse dicitur, quam explicat Papinianus *l. cum illud 25. §. heres. 1. D. qv. dies lega. ced.* Et Ulpianus eam illustrat aliquot exemplis ex fructibus nascituris, quæ tamen magis moram, quàm condicionem legato injectam Paulo videntur *l. quod purè 6. D. qv. d. leg. ced. 1. aliquando. 107. D. h. t.* Huc quoque haud incongruenter condiciones repetitæ referendæ e. g. Julianus *l. in repetendis. 63. D. d. leg. 3.* de legatis repetendis dicit, si scil. vel eidem personæ, vel ab eodem, vel eadem res iterùm legatur, condicio priori legato ascripta inesse intelligitur, tanqv. repetita, huic secundo, licet id purè videatur repetitum. Et non modo priori legato ascripta, posteriori tacitè inesse tanquam repetita intelligitur, sed etiam contra, *l. si purè tibi 54. D. d. leg. 3.* Et condicio vel ascripta institutioni, in legato; vel fideicommissio adjecta, in substitutione intelligitur repetita. Notetur autem præsertim in exhe-

in exheredatione & legatis, ut, qui primo loco exheredatur, intelligatur exheredatus ab omnibus, qui subjiciuntur, gradibus, tum institutionum, tum substitutionum. *l. & si pepercerit. 3. § filius. 2. D. d. lib. & posthum.* Et exheredatio omnibus gradibus subjecta, ad eos omnes referri, atque pertinere intelligitur. *l. cum post. 1. C. d. liber. prater.* De Legatis ascriptis idem, & multo quidem magis sentiendum esse, dubium non est. *l. si plures. 98. D. d. leg. 3.* Si autem condicio institutionum inter plures gradus, pluresve unius gradus personas, veluti media, scribitur, atque inseritur, non nisi ad præcedentes refertur, ad inferiores verò non pertinet. Sic quod si condicio non inter plures gradus sed plures unius gradus personas scribatur, sive de heredibus agatur, sive de legatariis, non nisi ad præcedentes refertur. Hinc patet, quod condicio, etiam ascripta generaliter, tamen ad certas & notas personas possit referri. *l. quæ condicio. 39. D. h. t.* Quamvis condicio in prima testamenti parte ante omnes gradus proposita, vel etiam gradus postposita totius erit testamenti, & ad genus personarum, omnesque gradus pertinebit, non secus, atque si in singulis nominatim repetita sint, ut si scriptum sit, *Instituo Cajum & Sejum, substituoq; Sempronium, & lego Titio, si navis ex Asia venerit:* His omnibus erit eadem condicio.

XIII. Ratione eventus, condicio est vel certa, vel incerta. Hæc an extabit, incertum est, & inter Antistites non constat. Illa autem propriè vim condicionis habere dicitur, & à JCris ita definitur, quæ omni modo extatura est, & duplex reperitur, vel diem habens, vel nullam. Prioris exemplum est *si morieris*. Posterioris, si digito cælum non tetigeris, vel si navis ex Asia venerit, aut non venerit. Idcirco si condicio diem in se continet, dies erit expectandus, peti enim ante eum nihil potest, & quod antea solutum fuit, ut docet Ulpianus *l. nam si. 17. D. d. condit. in deb.* non potest repeti secundum Celsum. Huc non inconvenienter referri possunt, quæ Aristoteles habet, de Enunciationibus in præsens, præteritum, & futurum, *ωεε) ἐμπνεΐας. c. 9.*

XIV. Tandem secernitur condicio in eam, quæ Juris & Facti. Hæc repræsentatur in *l. multum interest. 21. D. h. t.* Et propriè condicio salutatur, quia vim condicionis præ se fert ad suspendendam obligationem. Illa verò est, quæ ipso jure inest, & propriè condicio non est, quia si solum jus spectamus, præsens est, Sed hæc de Divisionibus.

ARTICULUS IV.
DE
ÆTIOLOGIA.

PUNCTUM I.

Absolutâ Divisionis tractatione, ad subjectum me accingo, quod geminum fingit Schola Philosophorum, unum pender à termino à quo, alterum à termino ad quem. Illud subjectum inhaesionis, hoc recipientis vocitatur. Prius primo loco intueamur, quod nihil aliud est quàm *causa efficiens*.

II. Condicionem autem quilibet potest, cui jura ultimas voluntates relinquendi, contractus ineundi, stipulandi, & similibus non sunt interdicta, instrumentum suo apponere ex Voluntate. Item emtor & venditor possunt condicionatim contrahere. Accidunt enim contractui Condicio, Modus, Demonstratio & Causa: Condicio per particulam *SI*, & æquivalentes explicat & suspendit actum, qui eâ expletâ purificatur *l. itaque. 39. D. si certum petat. e. g. Promitto me daturum mille aureos, si ingressus fueris religionem. Vid. sup. Art. 1. punct. 3.*

III. Causa impulsiva ratione subjecti inhaesionis est ea, quando aliquis sponte, proprio motu, h. e. ex sua voluntate, & mera liberalitate, nullius meriti causâ, aliquid relinquit. Ratione subjecti recipientis causa impulsiva, quæ Dialecticis *πεκαταρητικὴ* vocatur; al. *ἀφορμὴ*, occasio, seu ratio propter quam aliquid datur; quæ legatarium impulit ad hoc vel illud faciendum, aut ad præteritum refertur, aut ad futurum. Illam vid. *l. si ita. 12. D. h. t.* quæ si falsa sit, non nocet *l. cum tale. 72. §. falsam. 6. D. eod.* Hæc ad futurum relata à Juridicis specialiter Res vocatur. *l. damus. 52. D. d. cond. indeb.* Hinc quoque patebit de subjecto recipientis, ut non opus fore existimem de eo ulterius aliquid addere. Nam connexionione quadam inter se vinciuntur, ac unum ex altero fluit.

IV. Materiam circa quam, seu Objectum constituunt varia negotia, seu res, quibus condiciones adjiciuntur. Potest enim Testator non tantum Legatis, sed etiam Institutionibus, fideicommissis condiciones

ciones apponere. §. 10. & 12. *J. d. hered. instit. l. legati. i. D. h. t. l. fin. C. d. legat. & t. t. D. d. condic. Institut.* Huc etiam pertinent omnes substitutiones, quæ nihil aliud quam conditionales institutiones dici possunt. *t. t. D. & C. d. substitut.* Ut & contractibus inter vivos condiciones adjici possunt. Quinimò condiciones diffunduntur ad Pontificum, Imperatorum, Regum, & Principum Rescripta, quibus hæc clausula seu condicio ut plurimum additur: Si preces veritate nitantur *v. c. 2. 15. 16. 20. extr. d. Rescript. t. t. C. si contra jus vel utilitatem publicam, vel per mendacium fuerit aliquod postulatum vel impetratum & t. t. C. d. precib. Imperat. offerend. c. super eo. 2. extr. d. crim. fals. Nov. 82. c. 13.* Quinimò ipsæ Capitulationes Imp. certis conditionibus nituntur, ut & Recessus Imperii, Instrumentum Pacis, & nuperus Recessus de Anno 1654. de quibus in Jure Publ. copiosè differitur, nec hic deduci, multò minus ampliari potest. Per indicè saltè spissum & amplissimum harum conditionum objectū adumbrare volui, ut quæ hac vice omittuntur, in posterum datâ occasione suppleripossint. Quid multū? De ipsè sub condicione benè & maledicit *Deuteron. c. 28. per tot.*

V. Quæritur adhuc inter Practicos: Num in Sententiis condicio adijci possit? Distinxerunt communiter DD. inter condicionem extrinsecam, quæ de aliquo actu extraneo interponitur, qui nullam cum lite mota habet conformitatem, putà condemnate, si consul factus fueris. *Vantius d. Nullit. n. iii.* Et condicionem intrinsecam, quæ ex Actis assertoriis, vel probatoriis dependet; putà, si juraverit, probaverit, condemnò, absolvo &c. uti in eleganti specie *l. à Divo Pio. 15. §. 2. D. re judic.* confirmatur, ibi: si moyentia non sint, ut soli quoque capiantur. In illisque negarunt simpliciter; In his verò contractentium *Specul. in tit. d. feud. prolat.* Plures verò simpliciter negativam tuentur. Nos affirmativam de Jure veriorem, & in Judiciis & Facultatibus usu frequenti receptam esse existimamus, sive extrinseca, sive intrinseca sit condicio per text. *in l. si quidem. 1. §. biduum. 5. D. Quand. appelland. sit,* ubi dicitur, sententiam non esse ferendam sub condicione, si tamen fuerit lata, valet, nisi fuerit appellatum, quam & Glossa accipit de condicione extrinsecâ. Quæ repetita legitur *in c. biduum 29. causa 2. q. 6. Et ib. Gl.* quam opinionem confirmat *c. cum venissent. 7. extr. d. Institut.* ubi sententia sub illa condicione, si probaverit, valet. Et hac consuetudine totum mundum uti attestatur *Zasius in d. l. à Divo Pio. §. in vendicione.* Quando autem à tali sententia appellandum sit, tradit *Sigism. Scaccia de Appellat. q. 12. n. iii. & seqq.*

VI. Nec

VI. Nec prætereundum hîc, conditionum etiam non infrequentem usum esse in Investituris Feudalibus. In aulis enim Principum frequentissimum genus Investituræ est, quæ feudum vivente possessore, alteri eâ lege & conditione conceditur, vel promittitur, ut si possessor sine liberis decesserit, feudum ad ipsum devolvatur; quæ Investitura de caducitate feudi vocatur, vulgò *ein Gnaden Leben/* Expectantæ oder *Bedingt* à conditione illâ, sub quâ conceditur. Et hujusmodi Investiturâ licite, & optimè moribus & consuetudine esse inductam, juri- bus & autoritatibus probat *Berlich. p. 2. conclus. 54. n. 7. & seq.* Feudum namq; quod Vasallus possidet, nihil aliud est, quam usufructus. Extra controversiam autem positum est, si alicui usufructum ad vitam concesserim, quod de eodem usufructu pacisci & disponere possim, ut post mortem ejus perveniat ad alium. *Hartm: Pistor. qu. 25. n. 8. l. 2. Gaill. 2. Observ. 153. n. 4.* At si princeps ab hujusmodi Investituris abstineat, ait *Klockh, in tract. de ærario, lib. 2. cap. 40 num. 2,* & bona ob generationem finitam, sive extinctionem familiæ alicujus, vel ob culpam Vasalli jure consolidationis, & caducitatis, ad se devoluta fisco assignet, & potius sibi retineat, quàm ad petentium inhiationem eadem elargiatur, atq; Aulicis Ministris, *auff außgegebene* Expectantæ concedat, certè illud ipsum ad conservationem status sui, nec non ad utilitatem publicam, ærariumq; coadiuvandum, multum adferet emolumenti & momenti. Nec enim tenetur Dominus feudum, ita propter lineam finitam, ad se reversum, proximioribus defuncti Vasalli cognatis, nedum aliis Aulicis concedere, sed pro arbitriò suò liberè de eo disponere potest. *Gaill. 2. Observ. 148. n. 3,* ac de quibusdam imperii feudis, quæ aperta, aliisq; iterum concessa, nec ad fiscum applicata fuerunt, exempla recenset, aliq; ad hanc materiam spectantia addit, *idem Klockh. d. loc. n. 6. & seqq.* ac quæ illustres Heroum Principum, Baronumq; In 300. & 400. annos masculâ progenie destitutæ, planeq; extinctæ sint, syllabum ordine Alphabeticò exhibet, *num 30.* Ubi notandum, licet ejusmodi concessio des *Bedingt* sapiat naturam cujusdam investituræ, quod tamen multam differat ab illâ simultaneâ Investitura, quæ in maximo usu multorum locorum frequentatur. *Pistor. qu. 20. num. 2. & seqq. p. 2.* Et, sic quando nuda promissio alicui saltem facta est successionis in feudo, tunc ante existentem conditionem, renovationem Investituræ necessariam non esse constat ex eodem *Pistor.*

in con-

in consil. ad junctio post quest. 27. n. 35. Unde etiã Schurff. consil. 74. per tot. cent. 2. concludit, antequam quis possessionem hujus feudi nanciscitur, non currere ipsi tempus anni & diei ad petendam Investituram. Exinde etiam, ultra eas differentias, inter concessiones has, seu Bedinge / & inter simultaneam investituram, & hæc non postrema est, quod hæ concessiones die Bedinge non indigeant, ante existentem conditionem renovatione. Ac illud circa has concessiones, sive Expectationes cum Scheplitz. in prompt juris Camer. d. tit. 1. §. 10. n. 5. observandum est, cum illæ plerumque hoc modo concipiuntur, si contingat Possessorem sine Heredibus masculis decedere, ut, tunc aperto Feudô Domino, illud obtinere debeat, si eveniret, ut feudum aliô modo, puta, ob commissum delictum Domino aperiretur, tunc, quia condicio eô modo, quô concessum est feudum, non existit, quamvis deinceps possessor sine hæredibus decedat, Dominum liberari à concessione suâ. Schrader, docet, de feud. part. 3. cap. 2. num. 50. & est ratio, quia condicio impleri debet in formâ specificâ. Pistor. d. qv. 25. n. 37. Secus, si simpliciter esse concessum, quando vacaverit, quia tunc aliud videtur dicendum per Alleg. Afflict. cap. moribus num. 3. vers. sed an illud verbum, si de feud. de functi content. sit.

VII. Quod verò atinet Investituram sive concessionem, ejusmodi, de feudo Vasalli adhuc viventis, factam ab Ecclesiastico Domino, certum est, quod successor eam ratihabere non teneatur, nisi consensus capituli accesserit per. c. 1. qui suc. feud. dar. ten. c. 1. qui success. ten. & c. 1. de investit. de re alien. fact. Schurff. consil. 33. n. 11. cent. 2. propter istâ rationem, quia Ecclesiarû Præfules, præsentium tantum rerum, non etiam post mortem suam gerendarum habent administrationem. c. fin. 12. q. 1. & c. 2. de donat. Pistor. qv. 27. nam. 2. & seqq. Scheplitz. alleg. loc. §. 11. Denique de ejusmodi expectantiis feudalibus von Gnaden Lehen / Anwartschaften / quæ etiam, quibusdam in locis Irrelehen vocantur, videri potest Wilh. Anton in coroll. ad Tract. de rescript. morat. in coroll. ex Jure feud. coroll. 2. & multi insignes & Practici citati ab eo autores. Ubi & hoc notandum monet, quod ad hoc ut hujusmodi Expectativæ (quarum tamen Vocativus hodie raro est in ulu, sed sæpe dormit) suffragentur, & operentur, acceptatione expectantis opus sit, utpote sine quâ nulla datio, nullave donatio, quæri aut constare possit: quia per acceptationem demum acquiratur jus ad rem. Marta de claus. p. 1. c. 212. n. 2. Honderd

*consil. 14. n. 6. v. j. Tusch. l. A. Con. 71. n. 1. ac inducitur Synallagma, gratiaque & expectativa consumitur Bursat. Consil. 29. n. 9. & seqq. l. 1. ut non immerito condicio ab aliquo oblata, ut præjudicet, in contenti acceptari debeat. l. 1. §. qui præsens, cum ibi not. ff. d. V. O. atque hæc acceptatio cum facti sit, utique etiam factis inducitur & probatur. Rim. Jun. consil. 478. n. 60. lib. 4. & ideo in gratiâ Expectativâ hanc clausulam communiter: *quam duxeris acceptandam*. inferi solere, ad demonstrandum eam conditionalem esse, & ad tempus acceptationis referendam, quâ beneficium cadat sub gratiâ, testatur *Marta in Tract. de Claus. claus. 341.**

VIII. Verùm ut in aliis multis casibus & causis circumstantiæ concurrentes, ita & ex hic optimè considerandæ erunt, nec vix præsumi potest, quod expectans, ejusmodi expectantiam (utpotè, quæ haud rarò ultrò, sed ad instantiam & enixam petitionem impetrantis offeruntur & conceduntur, ac plerumque etiam eum in finem, majorisque securitatis ergò Literæ Concessionis Feudi vocatur, vulgò Expectantz oder Anwarts wortsbrieff/ desuper conficiuntur) non acceptaverit: ac eò ipsò, dum quis ejusmodi literas habet, acceptationem factam esse omnino dicendum, nec ulterius, modò bona fidè invicem agere velimus, cautelosè de reali acceptatione disputandum erit. *Adde Tit. 75. & 105. lib. 2. F.*

IX. Forma non erit prætermittenda, quippe quæ est causa, per quam res est. Quanquam a. satis superque ea possit ex antecedentibus parere; attamen paucula quædam erunt adnectenda. Sciendum a. condicionem ita nonnunquam esse positam, ut verbis non satis significetur, sed his deficientibus, conjecturis indicetur, ex quibus illam veluti abditam, & latentem rectè pervestigare magnæ prudentiæ est, singularisq; judicii. Quo in gen. Papinianus excelluit, & præcipuè secutus pietatis conjecturas. Nam & vim τῶν ἐργῶν φυσικῶν sensit, & eâ in parte perniciosè errari non posse intellexit. Multæ a. verborum formulæ suat, quæ an condicionem contineant, dubitari possit. Cujus generis exemplum illustre existat in quodam Scævola responso l. à restatore. 109. D. h. t. Cum nempe agitur de ablativis (ut populariter loquar) absolucè positis, quibus condicio sanè continetur, l. facta. 63. §. rescripto. 5. D. ad Trebel. l. fideicom. 11. §. cum esset. 3. D. d. leg. 3. Sed LL. Antistites de condicionibus tractantes, creberrimè hisce exemplis utuntur, *Si in Capitolium ascenderit, aut, si in capitolium non ascenderit;*

deris; Id quod ex consuetudine Romanorum fluxit, qui precaturi, aut sacra facturi unà cum Pontifice in sacram arcem scandebant, id quod *Annalium Scriptor* testatur *lib. 14. Exin Capitolium, inquit, scandunt, Deosq; tandem venerantur.* Ut & *Plinius, & Flaccus poeta 3. Carm. od. 30. ad Mel. pomenem.* Communiter a. condiciones fiunt vel disjunctivis, vel conjunctivis verbis, *l. si u, qui ducenta. 13. §. cum ita. 2. D. d. reb. dub.* Sed in quaestione est, annon etiam per demonstrationem condicio exprimitur? De quo sanè nemo ambigit, si quippe relativum verbo futuri temporis junctum sit, sed tñ. proprie condicio dici nequit. *arg. l. legatis 1. §. ult. D. h. t. l. Stichum, 6. D. de leg. 1. l. nuper 85. D. d. leg. 3.*

ARTICULUS V. DE AFFECTIONIBUS.

PUNCTUM I.

Ad condicionem valdè accedunt DIES, & MODUS. Legatis quæ relinquuntur, dies aut certus, aut incertus, aut condicio adscribitur: Si verò nihil horum factum est, præsentia sunt. *l. legatis. 1. D. h. t. non minùs ut debeantur, quàm etiam peti possint. Paulus l. si dies, 21. D. qv. dies leg. ced.* Si dies, inquit, legato apposita non est, præsens debetur: & actutum ad eum pertinet, cum datum est. In quam sententiam & *Modestinus loquitur l. omnia 32. D. d. leg. 2.* Quod etiam extenditur ad ea, quæ inter vivos aguntur. Nam regula hæc juris perpetui est *l. in omnibus. 14. D. d. R. J. in omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsentis die deberi.* Nihilominus tamen adeò inhumaniter non est procedendum, ut non aliquod temporis spatium ad solvendum detur, & hæc cum aliquo temperamento intelligenda sunt, ne statim cum sacco, & hianti marsupio adeatur, *l. quod dicimus 105. D. d. solut.* Et spatium illud *ωρεῖς ωρεῖται ψιν*, non tam humanitatis gratiâ, quàm necessitatis, quò rem quæ non est in expediro, promissor quæsitum eat, & tradat. *Gothofred. eod.* Cujus verò temporis, quotve dierum esse debeat Civilis dilatio, passim quidem in jure determinatur, & in quibus-

quibusdam speciebus exprimitur, ut in constituto, 10. dierum: in re-
judicata, 4. mensium: in restitutione dotis, unius anni, sed hodie arbi-
trio iudicis id iudicandum est.

II. Cùm dies certus scriptus est, quamvis dies nondum vene-
rit, solvitamen possunt. Notanter enim in *l. 1. D. h. t.* dicitur, *debi-
tum iri*, quia subest adhuc tacita illa condicio, si adeatur hereditas. Ita
quoque & à legatario cedi, & ad ejus heredem transmitti creditur. Hic
solvi & discuti potest nodus ille, qui Cic. torquet, *lib. 2. d. ll.* pecunia
legata erat olim onerata, & veluti astricta sumtibus sacrorum privato-
rum. Asturi JCI consulebant, ut legatarius, si hoc onus effugere vel-
let, pecuniam sibi legatam stipularetur sibi dari. In *d. l.* autem videmus,
si legatarius non velit, partim nihil solvi posse, & ab herede invito par-
tim peti non posse, *l. si dies. 21. D. qv. dies leg. ced.* Si autem sit, ut antè
solvatur, vel ab herede petatur, & deinde perit, nihilominus liberatio
contingit, *l. solutam. pecun. 49. D. d. solut. l. eum qui rogatus 15. D. d.
ann. leg.* Quod si autem creditor morosus oblatam ante diem pecuniam
recipere recuset (quanquam id raro fit) satis erit eam consignatam de-
ponere, *l. acceptam. 19. C. d. usur. l. obfignatione. 9. C. d. solut.* Et inde sequi-
tur, quod, uti ante diem rectè potest solvi, quod in diem debetur: sic
etiam quod antè solutum per errorem fuerit, repeti non possit à debi-
torè. *l. in diem 10. D. d. condit. indeb.*

III. Dies incertus est cùm ita scribitur, *heres meus, cùm morie-
tur, decem dato.* Nam diem incertum habet mors ejus, & ideo, si lega-
tarius antè decesserit, ad heredem ejus legatum non transit: Quia
non cessit dies vivo eo, quamvis certum fuerit heredem moriturum.
Agellius *lib. VI. cap. 13.* refert, maximos Philosophos valde laborasse in
hac quæstione, quando moriens moreretur, an cùm jam in morte esset,
an verò rùm, cùm in vita adhuc esset. Sed nostrorum Jctor. hac de
re non obscura est sententia. Illud statuimus, legatum, *cùm morietur
heres*, esse conditionale. At legatum: *cùm morietur legatarius*, non
esse: quia quandoq; morietur, vivens mori intelligatur. *l. heres meus. 79.
D. d. cond. l. si pecunia. 12. §. quod ita. 1. D. d. leg. 2.*

IV. Varias autem habet significationes dies incertus: interdum
incertus est omni modò, cum omnino incertum est, non modò quan-
do fiet, sed etiam an aliquando fiet, & hic cum die certo nihil commu-
ne habet, sed ejus formula pro conditione haberi solet, uti observat

Ulpianus

Ulpian. *l. stipulatio. 38. §. inter 16. D. d. V. O. & Pompon. l. si Titio. 22. D. qu. di. leg. ced.* Quam ipsam significationem Papinianus *l. dies. 75. D. h. t.* Et Paulus *l. si dies. 21. D. qu. di. leg. ced.* approbant. Interdum incertus dies dicitur, cum certum quidem est factum iri, & quando, nec dubitatur an fiet: sed incertum est, quando fiet, qui pro condicione hic vix poterit haberi.

V. Cum jam de die discursum habuimus, consequens est, ut progrediamur ad alteram affectionem, quæ est Modus. Missis vulgaribus hujus verbi significationibus, quæ passim ap. Latinos autores & JCtos frequentes reperiuntur, in nostro tractatu significat moderationem quandam rei, de qua agitur, adjectam, ut qui rem illam consecutus erit, aliquid vel faciat, vel det, & nihil aliud est, quam condicio. *l. liberto. 21. §. Lucius. 3. D. d. ann. leg. l. Mævia. 44. D. d. man. test. l. Titio. 71. §. 1. D. d. condic.* Quæ tñ. à nostrâ condicione multum differt. *d. l. & l. causam. 20. §. ult. D. d. manumiss. l. cum ab eo. 41. D. d. contrah. emt. l. 1. & 2. C. d. h. que sub mod.* Et Papinianus *l. heres meus. 79. D. h. t.* eas causas, quæ habent moram cum sumtu, (sic enim modos describit,) & admitti cautione oblatâ docet. Et hinc si quid sub modo relictum sit, non ante omnia modus implendus est, sicut condicio, ut id consequamur: verum cautio sufficit. Condicio futurum aliquid spectat, ut centum do, lego, si monumentum mihi faciat. Modus iridem v. g. do, lego, ut mihi monumentum faciat; Sed præprimis effectu differunt. Nam Legatum sub condicione relictum non debetur ante eventum condicionis. Sub modo v. purum est, & statim peti potest.

VI. De Cautione Mutiana aliquid tandem dicendum erit, unde scilicet originem traxerit, ubi locum habeat, & quibus præstetur. Ejus verò Author putatur Q. Mutius Scævola, JCtus Nobilissimus, cujus testis Justinianus in *Nov. 22. c. 43.* qui & patris sui P. Mutii, & sui avunculi P. Licinii Crassi Mutiani prudentiam summam non imitatus modo est, sed & longè superavit. Inde à suo nomine Mutiana dicta. *l. Mutiana. 7. D. h. t. ib. Gloss & Bart. n. 8. l. Titio. 73. D. h. t.* quâ omni ex parte præsumptæ testatoris voluntati satisfieri voluit, 1. Ut Condicioni ascriptæ legatarius pareret, deinde 2. emolumentum relicti etiam percipere posset, non legem ferendo, ut quidam putant, sed per juris interpretationem remedium cautionis à legatis sub modo relictis *l. eas causas. 80. D. d. 1 & l. si tibi. 29. D. d. leg. 3.* mutavit, & ad legata sub condicione negativâ extendit; Quâ præstitâ

D

& oblatâ

& oblatâ de non contra faciendâ prædictæ negativæ condi-
 cioni, aut emolumentum acceptum restituendo, Legatarius ex-
 emplo legati sub modo relictum statim petere poterit. Modo ab arbi-
 trio & voluntate gravati dependeat. *l. hoc genus. 106. D. h. t. Add.*
Lochmann: Disp. d. condic. th. 103. & seqq. usq; ad 110. & Dissut. Colon. h. t. th.
17. & seqq. Ubi dicunt: Quod hæc cautio in legatis tantum, quæ ex-
 testamento debentur, locum habeat. In contractibus n. (licet multi
 contra sentiant) ex communi DD. opinione non recipitur. *Paul d.*
c. astr. in l. 7. D. h. t. n. s. in fin. Salic. L. 1. C. de Pass. Sæpius etiam appel-
 latur satisfactio *l. hoc genus 106. l. cum sub hac. 67. D. d. cond. & nullum*
locum reperit, si per aliam condicionem actio legati differri possit, l. a-
via. 77. §. Mutiana. 1. & L. 103. D. d. cond. Et Justinianus ait: Mutium
 hanc cautionem excogitasse, & introduxisse, *εἰς τὴν τῶν περὶ γράτων*
καλύψεις, Est à. duplex faciendi, & non faciendi. Veluti, lego tibi
 centum, si illud feceris, & aliquid aliud non feceris. Et in ea interdum
 juratoria cautio sufficit, interdum hypothecaria, interdum fidejussoria
 requiritur, iisq; præstat, quorum interest *l. servo. 65. §. si testator. 1. D.*
ad Treb. Et ad quem jure civili, deficiente conditione legatum pertinere
 potest. *l. cui 25. D. d. cond.* Quid verò contineat, id patet ex *l. cum*
sub hac. 67. D. d. cond. & l. heres meus 79. §. qui post. 2. D. eod. l. cum filius.
76. §. qui Mutianam. 7. D. de leg. 2. Nov. 3. 22. Et nullibi locum habet
 nisi in legatis *l. Mutianæ. 7. pr. D. h. t.* quia voluntati testatoris satisfieri
 intelligitur, modo ne peccetur contra conditionem, quod solum te-
 stator creditur spectasse.

† VII. De implemento Conditionum igitur quid promissimus,
 quò de hoc in loco *ὑπὲρ* movemus, quando scil. & quomodo rectè
 condiciones impleantur? Quippè in forma specifica. *Vide diss. Loch-*
mann. th. 110. Notetur a. præmissis conditionum, quæ in futurum con-
 feruntur, triplex natura. Quædam n. pertinent ad id tempus, quo
 testator vivit: quædam ad id, quod post mortem ejusdem futurum:
 Quædam ad alterutrum tempus. *l. condicionum. 91. D. h. t.* Et rursus ex
 his quædam habent tempus quidem præscriptum, sed infinitum, quæ-
 dam certum. Nam hæc cautio, *si dederit*, habet quidem tempus
 præscriptum, ut non nisi post mortem testatoris impleatur, sed habet
 & infinitum, ut quandoquæ post mortem rectè impleatur. Inter-
 dum autem ante aditam hereditatem rectè impletur, interdum non ni-
 si adita hereditate *l. quis situm 91. §. 1. D. d. leg. 1.* Et ut eò citius me exped-
 diam:

diam: promiscuas condiciones post mortem impleri oportere: veluti, si in Capitolium ascenderit. Non promiscuas, etiam vivo testatore existere posse: veluti si Titius consul factus fuerit. *l. Publius. 36. D. h. r.* Si nupserit. *l. hæc condicio filix. 10. D. d. condic. l. si quis heredem. 7. C. d. instit. & substit.* Si liberos pepererit. *l. si vir uxori. 61. D. d. condic.* illa ab legatario sciante, atq; etiam hoc agente implenda est; hæc casu quodam, ignorante etiam non modo testatore, sed & legatario. *l. hæc condicio. 10. D. h. r.*

II. In hac materia nova quæstio oritur, an pupillus sine tutoris autoritate possit implere condicionem hereditatis, l. legari sibi relicti? Et affirmatur per *l. si pupillus. 26. D. d. condic. inst. l. condicionibus 5. D. d. cond.* quia condicione expleta pro eo est, quasi pure ei hereditas, vel legatum relictum sit. Mirum ergo non est, si pupillus, qui sine tutore non possit adire hereditatem, possit tamen sine eo condicionem implere, præsertim si eam implendo nihil amittat. Si vero aliquo sumtu opus est, vel est condicio dandi, non temere id pupillo sine tutore permittendum est. Sed cum promiscuæ tam valde promiscuæ sint, ut etiam per alium ejus nomine, cui ascriptæ sunt, rectè impleri possint, tanè controvertitur. Nos autem affirmamus per *l. ult. D. d. condic. institut.* hanc condicionem, si decem dederit, extremo vitæ momento impleri posse, quia per alium nomine filii impleri possit. Et per *l. si ejusmodi 5. D. d. her. inst. l. Arescusa. 15. D. d. stat. hom.* Tandem etiam quæri potest, an ab ea persona quoq; cui dare debet, recedi possit, ut alteri ejus loco & nomine detur, & numeretur? Et iterum affirmativæ astipulor per *l. si fundus. 13. D. d. condic. l. Stichum aut Pamph. 95. §. usum fructum 6. D. d. solut. l. servus decem. 68. D. eod.* Et hinc Ambulatoria condicio fuit, quæ non in hereditarii tantum persona est implenda, sed & in ejusdem herede. Sic enim ambulatoriam rem vocant Juridici, quæ non subsistit in uno aliquo, sed longius profertur. Sic legis ambulatoriam potestatem dicunt, *l. erit 10. D. d. fund. dot.* Item testantium voluntatem *l. quod si. 7. D. d. adim. leg. pariter,* & obligationes cum capite ambulare *l. tutelæ. 7. §. injuriarum. 1. D. d. capi. diminut.*

IX. Sed hæc de implenda condicione; pro expleta habetur, quæ, etsi impleta non sit, non tamen defecta. Fictè impleri dicitur condicio, quando revera quidem habetur, & extitisse fingitur. Fictio

siquidem contraria est veritati, nihilominus tantum operatur, quantum
 veritas *l. un. C. d. rei uxor. ad.* Exinde consequitur, casualem condicio-
 nem, quia ex viribus fortunæ pendet, pro impleta nunquam haberi,
 sed casu formaliter non existente, semper defectam dici. *l. un. §. fin. a.*
C. d. cad. toll. quia in illis solus eventus, nunquam modus, aut factum
 ejus qui debet implere consideratur. Vide *Lochmann d. th. 112. usq. 113.*
 Difficillima, & in praxi frequentissima concertatio oritur: num moræ
 purgatio in condicionibus implendis licita sit, nec ne? Et quidem nul-
 lam moram esse, ubi nulla petitio, Scævola respondit in *l. nulla. 88. D. d.*
R. J. & in l. si pupillus. 127. D. d. V. O. Ejus autem rei, quæ sub condicio-
 ne debetur, nullam esse petitionem constat, ex *l. si quis 8. D. si qu. omiff.*
caus. testam Unde nonnulli moræ purgationem in condicionibus
 prorsus cessare statuerunt, existimantes, in iisdem dilationem duntaxat
 contrahi. *Eman. Astoa. select. interpr. lib. 2. c. 24.* Attamen hisce non
 attentis, moram in condicionibus verè contrahi pater ex *l. hæc condi-*
cio. 29. & l. pen. §. item. i. D. h. t. ibi: si non post moram Ticii, & aliis
 quam plurimis. Unde operæ pretium est inquirere de ejus purgatio-
 ne, quod fit per distinctionem: Utrum condicio diem habeat, vel non.
 Quod si eidem dies sit adjectus, moræ purgationem cessare
 non est ambigendum. Quia condicio in formâ specificâ
 debet adimpleri, prout verba jacent *l. qui heredi 44. l. Mævius. 55. D. h. t.*
 Quod non fit, si diem, qui pars & forma condicionis est, præterlabi pas-
 sus sit. Quod enim ad tempus conceditur, post illud non permitti-
 tur. *l. ædificatum. 45. D. d. damn. insect & l. Celsus. 23. in pr. D. d. rec. ar-*
bitr. Add. Arume: in tr. d. mora. c. ult. n. 8. Anton. Fab. conject. lib. 6. c. 7.
 Sin minus, æquius existimamus, in condicionibus, ut in reliquis obli-
 gationibus dandi, & faciendi, moræ purgationem admitti usq; ad litis
 contestationem, per text: expressum in *l. quid in. 21. §. fin. D. d. recept. ar-*
bitr. Vide Lochm. in d. disp. th. 87. 88.

X. Nunc de Remissione condicionum, & cautionis aliquid sub-
 jungere animi fert lubentia. Turpis autem condicio legatario remit-
 titur per *l. non dubitamus. 20. D. h. t.* quodq; ita testamento relictum est,
 perinde deberi, atq; si sub honesta conditione relictum fuisset. Qua
 de re etiam propositum est Prætoris Edictum, non modò de condici-
 one quavis turpi, sed & jurisjurandi. *l. quæ sub condic. 8. D. d. condic. in-*
stitut. l. facta. 63. §. si sub conditione. 7. D. ad sct. Treb. Et quemadmodù
 ea remittitur legatario, sic &, si quid ab eo sub pœna relictum est, ea
 heredi

heredi remittitur, si scil. quid probrosum aut turpe illi fuit injunctum. Quoties autem condicio turpis non est implenda, remittitur insimul Cautio Mutiana. *Titio centum. 71. §. Titio centum. 2. D. h. t.* Exemplum erit tale: Titio 100. lego, si à monumento meo non recedat. Hæc condicio cum cautione remittitur, per quam jus libertatis infringitur. per *L. Maria. 44. D. d. manu. testa.* In defuncti autem libertis non remittitur, quia Romani in sua Religione supersticiosi, præsertim ultimas voluntates patronorum sancte observabant, quos Lucianus in Nigrino ridet, *κελεύοντες ἠδ' ἐπιμένειν πινὰς ὀκέτας τοῖς τοῖσι.* Ita quoq; condiciones, quæ sepulturam tollunt, non sunt observandæ *l. quidam in suo. 27. D. d. condi. instit.* Porro condiciones negative conceptæ, quæ honestæ non videntur, remittuntur, remissa etiam cautione Mutiana *condicio. 9. D. d. cond. instit.* Et condicio non nubendi est maximè celebris, Si non nupseris. Quantumvis enim maxima erat patria potestas, tamen pater non poterat invitis filiis fam. cœlibatum indicere, nec longiori procrastinatione impedire eorum nuptias. *l. qui liber. 19. D. d. R. N.* Lex enim lata sobolis procreandæ causa, requirit ut tales condiciones rejiciantur, eaq; propterea interpretatione adjuvatur *l. hoc modo. 63. ad fin. D. h. t.* Sic etiam si liberta Patrono juraverit sese non nupturam, remittitur jusjurandum *l. adigere 6. §. ult. D. d. jur. patron.* Et non solum libertis virginibus, sed & viduis, quæ nec minus marito carere possunt, remittitur. Hinc Lex Julia Miscella misellarum viduarum miseratione quadam, mulieribus, quibus aliquid à maritis sub hac condicione relinquebatur, si non nubèrent, permittebat nihilominus novum conjugium repetere, & legatum consequi, præmissâ tamen jurandi religione, se non aliqua libidine; sed sobolis tantum procreandæ causa, secundas repetere nuptias *l. 2. C. d. indict. viduit.* Adde *l. sed si hoc. 62. §. cum vir. 2. D. h. t. c. Nicæna. 12. D. 31. Gaul. obs 98. Hippoli. sing. 577. n. 1. 7. C. 8.*

Et hæc sunt, quæ de hac utilissimâ, frequentissimâq; Conditionum materiâ Disputationis loco conscribere destinavi. Equidem plura de earundem genere, speciebus, formulis, itemq; specialioribus, quæ passim ap. DD. reperire licet, telæ huic inconditæ intexere potuissem; sed non minus infinitum esse ait Cicero persequi omnes stipulationum formulas. Quod si fortassis error aut somnus me alibi habuit, quid mirum in homine? Homerus *Odys: XIX: V. 591. Ἄλλ' ἔργον πρὸς*

ἀόπτης ἔμμαναι ἐνὲν Ἀνθρώπων: Si minus ad legentis stomachum
facere videbuntur, ei Socraticum illud in mentem revoco, scil: diffi-
cile esse, ita quicquam peragere, ut nihil prorsus erres: quod-
si etiam sine errore quispiam aliquid peragat, difficile ta-
men esse, non iniquum reperire iudicem.

SOLI DEO TRINUNI
LAUS, HONOR ET
GLORIA.




Ad

DN. DAVIDEM MULLERUM
de Conditionibus Disputantem.

Quid Lex Civilis de conditione loquatur,
Et quid de-doceat- conditione Canon.
Hoc MULLERE docent tua lemmata. Laudo laborem,
Talis cui nexus conditiog₃ subest.
Si post Mullerus perrexerit ire per artes;
Si nec destiterit condidicisse bonum;
Nomine celsa poli praclaro sidera tanget,
Atq₃ vir egregie conditionis erit.

Henricus Rahne / J. D.
& Prof.



Qui fugit, ecce molam, non invenit ille farinam,
Qui colit arte molam, hic ἀλφίτων inde feret.
Tu MULLERE Sophum fundos sectaris abunde,
ASTRÆÆque litas mente, manuq₃ DEÆ.
Atque places vitæ, & quod primum est, moribus; hinc te
Nobilis, & doctus discupit esse suum.

Suares

Suaves producis fructus, ROSA, CONDICIONES

Approbat, & Philyra sistit, amica, tue.

CONDICIONE scatent contractus, quæque Voluntas

Vltima completur condicione, Modo.

Causa subest, sequitur mox Demonstratio certa,

Legato ut vires sint, maneatque sua.

Cepisti studium juris, tu! gnabiter urge,

PETRINÆ MOLITOR sis aliquando MOLÆ.

In honorem, & singularem benevolentiam

Eruditi, & politicissimi juvenis, viri MULLE-

RI sui, LL. Cultoris industrii, hæc *thõw*,

apponere voluit,

Christianus Woldenbergius, Crempa-

Holsat. Phil. J. U. D. & Decretal.

PP. Ducalis.

Non potero satis hos ego commendare labores,

Quos tantâ, ut video, sedulitate subis.

Tu linquis patriam, & caros, MULLERE, parentes,

Ut possis studiis invigilare bonis:

Quorum præsentis, sunt optima signa, labores,

Quos pius & doctus quisque videre potest.

Te precor, in studiis pergas, tua vota Parenti

Summo committens, is benè cuncta facit.

Honori & amori lmg.

M. Lucas Bacmeisterus, SS.

Theolog. Profefs. Ordin.

Sonnet.

En Kunstverliebter Sinn / ein Sinn der sich ergeben
Dem wahren Tugend-Ruhm / (der vielen nicht gemein /
Bey welchen Tugend nur ein blosser Schatten / Schein /)
Der bleibe nicht fore und fore nur an der Erden kleben /

Et

Er steigt eins empor durch rühmliches Tugend/Leben
Vnd Kunst-geübten Fleiß. Ein Beyspiel könnt Ihr seyn /
Herr Müller / dem kein Schatz / kein Gold / kein edler Stein
So angenehm als Kunst / und nach der Tugend streben.
Fahrt immer / wehrter Freund / fahrt immer weiter fort /
Wie schon der Anfang ist / so wird an seinem Ort /
Wo selbst die Erde wohnt / Euch euer Glück noch blähen;
Indessen lasset euch den scharffen Neyder Zahn
Der alle guten nagt / nicht von der Kenne Bahn
Der Tugend und der Kunst jemahls zu rück ziehen.

Zu dienstl. Ehren setze dieses
M. Aegidius Newdorff / Marburg,
Hals. SS. Theol. Stud.

Das ist wahrer Tugend Arch /
Daß Sie nicht lang bleibt verschwiegen;
Wan Sie sich mit Kunst gepaart /
Kan Sie nicht verborgen liegen /
Sondern schwingt sich Himmel an
Vnd ersteigt der Götter Bahn.
2. Gleich wie senes grosses Licht /
Das wir sonst die Sonne heissen /
Nimmer im verborgen nicht /
Sondern muß der Welt sich weisen
Bald durch eignes Helle seyn
Bald durch Mond verlehntem Schein.
3. Euer unverdrohner Fleiß
Den Ihr üblich pfleget üben
Bringet icht / Herr Müller / Preis
Euch und allen euren Lieben.
Dan wo Kunst und Tugend wohnet /
Bleibt der Fleiß nicht unbelohnet.

Casparus Ulricus à Zedlitz.

96 (o) 96

heredi remittitur, si scilicet quid probrosum aut
 Quoties autem condicio turpis non est impl
 Cautio Mutianal. Titio centum. 71. §. Titio cent
 erit tale: Titio 100. lego, si à monumento n
 condicio cum cautione remittitur, per quam
 per L. Maria. 44. D. d. manu. testa. In defun
 mittitur, quia Romani in sua Religione sup
 mas voluntates patronorum sancte observa
 Nigrino ridet, καλέουσι τὸν ἑρμῆν πινῆς
 quoque condiciones, quæ sepulturam tollun
 l. quidam in suo. 27. D. d. condi. instit. Porro
 conceptæ, quæ honestæ non videntur, remi
 cautione Mutianal condicio. 9. D. d. cond. in
 bendi est maximè celebris, Si non nupseris. Q
 erat patria potestas, tamen pater non poterat
 tum indicere, nec longiori procrastinatione
 l. quiliber. 19. D. d. R. N. Lex enim lata tobo
 quitur ut tales condiciones rejiciantur, eaque
 adjuvatur l. hoc modo. 63. ad fin. D. b. t. Sic et
 raverit sese non nupturam, remittitur jusjur
 D. d. jur. patron. Et non solum libertis virgin
 nec minus marito carere possunt, remittitur.
 la miscellarum viduarum miseratione quadam
 quid à maritis sub hac condicione relinque
 permittebat nihilominus novum conjugium
 sequi, præmissa tamen jurandi religione, se n
 bolistantium procreanda causa, secundas
 C. d. indi. viduit. Adde l. sed si hoc. 62. §. cu
 12. D. 31. Gail. obs. 98. Hippoli. sing. 577. n. 1. 7. &

Et hæc sunt, quæ de hac utilissimâ,
 cionum materiâ Disputationis loco conscrib
 plura de earundem genere, speciebus, form
 quæ passim ap. DD. reperire licet, telæ huic in
 sem; sed non minus infinitum esse ait Cicero
 tionum formulas. Quod si fortassis error aut
 quid mirum in homine? Homerus Odys. XIX
 D 3

junctum,
 r insimul
 xemplum
 at. Hæc
 infringitur.
 ris non re
 trrim ulti
 cianus in
 Pais. Ita
 observandæ
 negative
 la etiam
 o non nu
 m maxima
 n. cœliba
 m nuptias.
 causa, re
 peratione
 atrono ju
 re 6. §. ult.
 duis, quæ
 lia Miscel.
 quibus ali
 nuberent,
 arum con
 line; sed so
 ist 2. & 3.
 c. Nicæna.

q; Condi
 Equidem
 cialiorib;
 ere potuis
 nes stipula
 bi habuit,
 & τὸ εἶπεν
 ἔστιν

